eum a rege aegypti nechao principem constitutum & hanc prophe-
tiam factam esse in principio regni eius. Quamquam autem hieremias
dñi adiutorio liberatus sit. tamen & illi reputatur in mercedem per
quem prophetam suum dñs liberavit. achicam videlicet filio safan. quod
in posterioribus lecturi sumus. quando decisterna luti abdamelech
spadonis consilio atq; praesidio. hieremias de mortis periculo libera-
tur. In principio regni ioachim filii iosiae regis iuda. factum est ver-
bum hoc ad hieremiam a dño dicens. hoc in editione lxx non habetur.
& multi putant sequentis capituli esse principium. quod nequaquam
ita est. sed iungendum superiori. ut quicquid dictum refertur & factum.
in principio regni ioachim factum esse credamus. unde & mittendi
in aegyptum. quasi ad amicum regem habuit potestatem. videntur
autem mihi lxx titulum istum hac ratione siluisse. ne secundo dicere
viderentur. iam enim in principio posuerant. In principio regis ioa- CXIII.
chim filii iosiae regis iuda. factum est verbum istud a dño dicens. (ad hieremiam)
Haec dicit dñs ad me. fac tibi vincula & catenas. sive ΚΛΟΙΟΥΣ qui he-
braice appellantur mutothet. sermone vulgari boias vocant.
pones q; eas in collo tuo & mittes ad regem edom. & ad regem moab.
& ad regem filiorum ammon. & ad regem tyri. & ad regem sidonis.
per manum nuntiorum qui venerunt hierusalem ad sedechiam regem
iuda. & praecipies eis ut ad dominos suos loquantur. haec dicit dñs
exercituum ds israhel. haec dicetis ad dominos vestros; praeteri-
ta visio. In principio facta est ad prophetam regni ioachim filii iosiae
regis iuda. haec autem sub sedechia qui extremus regnavit in hieru

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0271